

ANTONII  
CONCIOLI

J. C. CANTIANENSIS,  
Et Prothonotarii Apostolici

ALLEGATIONES  
FORENSES  
CIVILES, ET CRIMINALES;

IN QUIBUS VARIAE, AC DIFFICILES JURIS QUÆSTIONES, ET  
materiae, quæ in foro, & praxi versantur circa Contractus, Judicia, Successiones ab intestato,  
Ultimas voluntates, Statutorum, & Bullarum interpretationem, & reorum ex variis delictis  
inquisitorum defensionem, secundum Doctorum, & præcipue Sacræ Rotæ Romanæ magis  
receptas sententias diligenter, & facili methodo resolvuntur, & explicantur.

UNA CUM RESOLUTIONIBUS AD SINGULAS  
*Allegationes in causa sequutis, in fine cuiuslibet Allegationis appositis.*

Cum Indice refertissimo, & ad quamlibet Allegationem Summariis.



VENETIIS, M. DCC.

Apud Nicolaum Pezzana.

*SUPERIORUM PERMISSU, ET PRIVILEGIO.*



## AMICISSIME LECTOR,

**L**IC ET numquam mihi in mentem venerit, neque tantum de meis viribus presumpserim, ut opus aliquod typis mandare decreverim, non tamen fuit, quin inter studendum pro mea privata utilitate quamplurimum materiarum legalium conclusiones in diversis locis dispersas in unum colligere curaverim, & precipue illas ad Solutionum materiam pertinentes, quarum adhuc nullus particularis Tractatus, vel nisi admodum diminutus, in lucem editus fuit, quae ob materiae amplitudinem ita excreverunt, ut fere Tractatus de Solutionibus appellari posse viderentur; quarum frustula cum ad manus plurimum Amicorum diversis ex causis pervenerint, me non mediocriter hortari ceperunt, ut illas ad formam Tractatus redigere ellem, coque completo in lucem illum edere deliberarem. Invasit animum cupiditas eorum precibus annuendi, & ideo conclusiones praedictas per quaestiones, & capita distinguendo, non parvo studio, & temporis longitudine ad formam Tractatus redegi, ita ut ultima solum fere manus desicere videretur; verum cum ad quamplura Officia gerenda in Statu Urbini evocatus fuero, in quibus annos plurimos consumere mihi necesse fuit, Tractatum ideo fere compilatum deserere, illumque impolatum, & imperfectum relinquere coactus fui. Post reditum vero in Patriam Tractatum praedictum extumulare, illumque perficere decrevi, omnium oculis illum expositurus; verum amplitudo materiae, & continua occupationes tum in domesticis negotiis, tum in reddendis in Jure responsis pro diversis Amicis in propinquis Civitatibus adhuc illum ad totale complementum perducere non permiserunt. Unde, eadem cupiditate, quae jam animum invaserat, adhuc perdurante, excogitari interim illi satisfacere cum editione Centum allegationum ex ducentis, & ultra, quae apud me aderant in diversis causis, tam in Patria, quam in vicinis Civitatibus redditarum, quae quodammodo praeludii loco Tractatui praedicto deservirent, quas nunc tibi, Benigne Lector, libenter offero, iudicium tuum de illis expectaturus. Accipe igitur illas hilari vultu, easque non aspernari digneris. Dum saltem, si non alia, si non modicam afferre posse utilitatem spero doctissimis Viris, qui eorum opera hucusque in lucem ediderunt, dum juxta illorum scripta posita illa magis elucescere, & clarescere acient. Errores, siqui sunt, benignè excusa, humanum enim est errare, & siquid boni in eis inveneris, non mihi, sed Divina adscribe Bonitati, si enim benignè id facies, expecta in brevi Tractatum Criminalem ordine alphabetico jam fere concinnatum, qui Tyronibus precipue non parvo futurus erit, ni fallor, adjumento, & postea, si Deus dabit, Tractatum de Solutionibus, de quo supra, & Vale.





# ALLEGATIONES FORENSES CIVILES, ET CRIMINALES ANTONII CONCIOLI J.C. CANTIANENSIS.

## ARGUMENTUM.

Instrumentum quando dicatur liquidum, & exequendum, maxime stante obligatione Camerali. Via executiva an competat instrumento, quod à principio non est liquidum, sed venit liquidandum. Mors animalium, quæ gregatim pascuntur, quomodo probentur per eum, qui promittit illorum custodiam. Contractus locationis ovium ad caput saluum quando sit licitus. An liceat dare Mercatori, puta, mille cum pacto, quòd affe curata sorte solvat danti quinque vel sex pro centenario, Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput saluum quando habeat locum. Tutor an possit remittere jura clara pupilli, vel donando ei præjudicare.

## SUMMARIUM.

- 1 Dominium in contractu locationis non transfertur in Conductorem.
- 2 Res peris Domino.
- 3 Instrumentum continens summam certam dicitur liquidum.
- 4 Instrumentum habens requisita per gl. in l. generali C. de tab. lib. 10. dicitur purum, & exequendum.
- 5 Via executiva competit vigore obligationis Cameralis.
- 6 Exceptio nullitatis obligationis requirens altiorem indaginem respicitur ad iudicium ordinariam.
- 7 Nullitatis exceptio incidenter deducta non impedit executionem, nisi sit clara, & manifesta.
- 8 Usurarum exceptio non impedit executionem, nisi sit ita clara, ut tergiversari non possit.
- 9 Via executiva vigore Decreti competit instrumentis tam à principio liquidis, quam postea liquidandis.  
Quod procedit etiam de jure communi, n. 10.
- 11 Liquidatio retrotrahitur ad diem factæ petitionis.
- 12 Instrumentum esse liquidum, vel in brevi liquidandum paria sunt.
- 13 Idem non presumitur, sed est probanda per allegantem.
- 14 Reus in exceptionibus dicitur actor.
- 15 Reus tenetur plene probare exceptionem, quando actor probavit plene suam intentionem.
- 16 Testis depositio nimis generalis, & in particulari nihil concludens non operatur.
- 17 Generalitas paria obscuritatem.
- 18 Probatio obscura non relevat.  
Cum illa debeat esse certa, clara, & necessariò concludens num. 19. & 25.
- 19 Testis depositio, data possibili veritate in contrarium, cernitur.
- 20 Probatio debet concludere per necesse, non autem per possibile.
- 21 Testis deponens de auditu ab inducente nihil probat.
- 22 Testibus de auditu non creditur, quorum repelluntur auctoritates.
- 23 Testis patiens plures defectus omnino à testificando repellitur, & num. 30.
- 24 Testis consanguineus inducentis non probat.

Conciol. Alleg. For.

- Maximè in causa gravi, n. 26.
- 27 Testis contrarius non probat.
- 28 Contrarietas in teste suspecto attenditur, etiam si non sit in parte substantiali.
- 29 Testis contrarius potest concordari præsumendo multiplici-  
tatem alium.  
Etiam ad effectum, ut probet, n. 30.  
Contrarium tenent Doct. n. 31.
- 30 Concordia non fit in testibus, quando contrarietas est mani-  
festa.  
Nec quando sumus in teste suspecto, n. 32.  
Nec in testibus examinatis ab una parte tantum, n. 34.
- 31 Mors animalium, quæ gregatim pascuntur, probatur per  
conjecturas.
- 32 Probatio præsumptiva non admittitur contra instrumentum.
- 33 Custodiam promittenti non sufficit probare mortem anima-  
lium, nisi probet, illam sine culpa e venisse.
- 34 Damnum, quòd venit ex culpa, illi, qui culpam commisit,  
est imputandum.
- 35 Testes duo sufficiunt in quolibet negotio.
- 36 Contractus locationis ovium ad caput saluum est licitus,  
quando aliquid datur in compensationem periculi.  
Quicquid aliqui contrarium teneant, qui reprobantur,  
num. 43.
- 37 Usura non cadit nisi in contractu mutui veri, vel palliati.
- 38 Contractus ille celebratus censetur ejus nomen est & repres-  
sum, si effectus non repugnet.
- 39 Contractus qualis est in prima sui figura, talis præsumitur  
in sui existentia.
- 40 Mutuum solum consistit in rebus, quæ usu consumuntur,  
& in pondere, numero, & mensura consistunt.
- 41 Dominium rei mutue transfertur in mutuatarium.
- 42 Assuratio est contractus similis emptioni, & venditioni.
- 43 Contractus assurance est licitus, quando ferretur egua-  
litas inter obligationem, quam asscurans suscipit, & pre-  
mium, quod asscuranti datur, vel remittitur, & n. 52.
- 44 Assertio contrahentium inter eos facit rem claram, &  
manifestam.
- 45 Peritis in arte omnino est standum.
- 46 Contractus justificatur per solitum.
- 47 Consuetudo, quando contractus est datus, facit censeri,  
illum licitum.  
Secus si sit evidenter injustus, quia tunc consuetudo ex-  
cusat à pena, sed illum non validat, n. 57.
- 48 Contractus in dubio præsumitur licitus, & justus.
- 49 Consuetudo in pactis, & conventionibus est optimillarum  
interpretis.  
Idemque operatur observantia n. 59.
- 50 Contractus, quo dantur Mercatori, puta mille, ut asscura-  
ta sorte solvat danti quinque vel sex pro centum, est licitus.
- 51 Bulla Sixti V. prohibens contractus ad caput saluum com-  
prehendit solum contractus prohibitos de jure communi, non  
eos, qui de jure communi sunt permitti.

HÆRES.

TAM SIMPLICI QUAM BENEFICIATO

Quando teneatur solvere debita defuncti

ANTONII CONCIOLI  
TRACTATUS  
DE HÆREDE  
TAM SIMPLICI QUAM BENEFICIATO,

Quando teneatur solvere debita defuncti:

*In quo omnia ferè ad dictam materiam solutionis faciendæ per heredem pertinentia explicantur, necnon etiam materia. Auth. hoc nisi, C. de solut. & tota ferè materia inventarij facili modo declaratur.*

Cui accesserunt Articulus, An, & Quando donatarius omnium bonorum teneatur solvere debita donatoris; & Conilia duodecim Criminalia ad defensam ejusdem Auctoris non injucunda.

*Articuli admodum practicabiles, & Advocatis, & alijs in foro versantibus fortè non inutiles, si non necessarij.*

Cum Indice tam Operis, quàm Consiliorum satis copioso.





# HÆRES,

## TAM SIMPLEX, QUAM BENEFICIATUS, Quando teneatur solvere debita defuncti.

### ARTICULUS PRIMUS.

#### ARGUMENTUM.



**A**ditio hæreditatis an præsumatur, vel sit probanda, & an ad id sufficiant conjecturæ, & an præsumatur, quando agitur de hæreditate paterna, vel materna: hæres quando teneatur solvere debita defuncti, & an filius hæres patris teneatur illa solvere de sua legitima: legitima an dicatur quota

bonorum, vel hæreditatis. Institutus in re certa quando dicatur hæres: hæres an teneatur solvere debita defuncti: hæres appellacione qui veniant: hæres beneficiati quando teneatur solvere pensiones Ecclesiasticas, vel teneatur successor in beneficio: hæres quando teneatur solvere dotem filia defuncti, & an teneatur præstare alimentia, ad que tenebatur defunctus, & an hæres teneatur solvere debita defuncti in pecunia, vel in bonis hæreditariis, & quando habeat locum dispositio Auth. *hoc nisi*, C. de solutio. hæres beneficiatus an possit solvere debita dando in solutum venditoribus bona hæreditaria, & quid si non reperitur emptor, qui offerat justum pretium, vel si Testator mandavit, illa solvi in pecunia: hæreditas an præsumatur opulenta, & an hæres possit uti beneficio Inventarii contra voluntatem Testatoris, & an hæres beneficiatus possit extinguere censum dando tot de bonis: hæres an teneatur solvere fructus census, seu illa cui luit legatus fundus illius, & quid si dictus fundus fuerit legatus personæ conjunctæ, seu piæ causæ: hæres institutus post mortem usufructuarii, an dicatur hæres à principio, & usufructuarius dicatur legatarius: usufructuarius quando teneatur solvere debita defuncti, vel hæres institutus, & an teneatur solvere legata, & debita annua, collectas, & similia, hæres tamen an possit vendere bona hæreditaria pro solvendis debitis in præjudicium usufructuarii. Testator an possit mandare, quod hæres solvat debita de proprio. Executio relaxata contra defunctum an possit exequi contra hæredem, & quando via executiva detur contra hæredem simplicem, vel beneficiatum, & quando illa detur elapsis triginta annis: hæres an possit carcerari sicut poterat defunctus, & quando teneatur solvere debita defuncti venditis hæreditate. Actio personalis quando detur contra eum, cum quo nullum negotium actum fuit, & quid stante obligatione Camerali. Cessionarius an possit uti omnibus juribus cedenti competentibus. Actio quando acquiratur absentis ex stipulatione Notarii, hæres gravatus restituere an teneatur solvere debita, vel fideicommissarius: hæres quando teneatur solvere debita de proprio, si non sufficiant bona hæreditaria: hæredi cum minori, quam majori hæsis in aditione hæreditatis sine inventario an detur restitutio in integrum: an teneatur solvere debita ultra vires, Ecclesia, Clericus, miles, rusticus, silesus, & similes: hæres beneficiatus non teneatur solvere debita ultra vires hæreditarias, & an possit dare de beneficio inventarii post sententiam, & quando hæres beneficiatus teneatur solvere pendente termino ad constituendum Inventarium, & an teneatur solvere usuras promissas, vel extortas per defunctum, & si sit creditor defuncti an possit concurrere cum aliis creditoribus, & possit petere, sibi aliquid appropriari pro ejus credito, & quando actiones contra defunctum confundantur adita hæreditate sine inventario, & quas expensas hæres beneficiatus possit deducere, & pro eis præstatur uti

toribus anterioribus, & an hæres beneficiatus aliquid omittens malitiosè describere in inventario teneatur ultra vires, vel solum ad duplum: an hæres gaudeat beneficio Inventarii, quando illud factum fuit post terminum, & à quo tempore incipiat currere dictus terminus, & an ille possit protogari per Judicem, & an illud hæredi prosequatur ad creditores non citatos, & quid si Testator ei prohibuerit adfectionem Inventarii, & quando Testator possit illud remittere: hæres beneficiatus an teneatur solvere ultra vires, quando promissæ nomine proprio, & quid si hæres sit fideiussor defuncti, & an gaudeat beneficio Inventarii, quando illud est nullum, & an hæres beneficiatus teneatur solvere creditoribus de fructibus per eum perceptis, & an gaudeat dicto beneficio quando creditores fatentur non adesse alia bona, & quando obligatio defuncti est restricta ad vires patrimonii, & quando dolosè inductus fuit ad adendum, & quid si coactè adjecit, & quid in hærede meræ bonitatis: hæres beneficiatus an teneatur solvere ultra vires, quando defunctus non tenebatur nisi in quantum facere poterat, & an teneatur ultra vires pro adimplendis votis defuncti, & quid si aditio fuit erronea, & an teneatur solvere ultra vires, quando obligatio defuncti fuit nulla, & in aliis casibus ibi recensitis: hæres in re certa an teneatur solvere debita defuncti, & an teneatur illa solvere hæres gravatus restituere purè, vel sub conditione, & an teneatur solvere census, & collectas, dum hæreditas est apud eum, & pro illis solvendis possit alienare bona fideicommissaria: hæres an teneatur solvere debita pro quibus defunctus se obligavit cum taxativa, & quando hæres teneatur solvere debita pro portione hæreditaria tantum, & quid si unus hæres conveniatur hipothecaria, vel Salviano, & an teneatur ad solutionem canonis in solidum, & quid stante pacto inter eos facto, & quid si Testator mandavit debita solvi per unum tantum, an hæres teneatur in solidum favore dotis, vel alienatorum, reliqua habes in Summario.

#### SUMMARIUM.

- 1 Aditio hæreditatis non præsumitur.
- 2 Aditio hæreditatis est quid facti.
- 3 Facta non præsumitur, nisi probentur.
- 4 Aditam fuisse hæreditatem dicens tenetur concludenter probare.  
 Item non sufficit, id probare per conjecturas, num 5.  
 Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num 6.  
 Neque sufficiant probationes equivoacæ, & dubiæ, num 7.  
 Neque quod hæreditas fuerit delata, si non constet de aditione, n. 8. & 488.  
 Neque quod quis fuerit institutus in testamento, num 9. & 488.
- 10 Aditio hæreditatis non præsumitur, neque quo ad filiam.  
 Procehit quando filius convenitur à creditoribus, secus quando filius agit in judicio, num 11.  
 Item si filius citatus comparat, & alia faciat non uti hæres, non possit condemnari ad solvendum, n. 12.  
 Quicquid aliqui contrarium teneant, num. 13.
- 14 Filius, quando agit, præsumitur hæres, si agatur de hæreditate paterna, secus si de materna.  
 Licet contrarium teneant aliqui Doctores, num. 15.  
 Nisi tamen filius agat, & agendo se faciat hæredem matris, num. 16.

*Conciol. de Hærede.*

*mat. d. decis. Mareb. 89. num. 7. 49. sequen. Ceval. de cognit. per  
viam violent. part. 2. quasi. 78. num. 3. Graf. de effell. clerical.  
effell. 1. num. 471. Scac. de iudic. lib. 1. cap. 11. nu. 100. Balthal.  
Thoma. ubi supra num. 546. plenè Baron. de citat. tom. 1. qu.  
24. num. 9. ubi quamplures dat concordantes, & de communi  
opinionè cessatur P. Diana in tit. de immunit. Eccles. resol.  
20. cum quibus pertransit Cardinal. Deluca in Thes. verit.  
49. iust. tom. 3. de foro compet. discurs. 60. num. 9. & in sortiori-  
bus terminis nempe in causa concursus faciendi, Clericum  
citari posse coram Iudice Laico, & ipsum non posse oppo-  
nere declinatoriam soel, late comprobat Salgad. in labyr. cre-  
dit. part. 1. cap. 6. per tot. ubi quamplures dat concordantes,  
& cessatur de verissima opinione.*

222 Licet contrarium teneant Duard. ad Bull. Cæsa lib. 2. ca-  
non. 15. q. 11. num. 50. Marta de iurisd. p. 4. cent. 1. casu 38. nu. 8.  
Bonac. de legib. disp. 10. q. 2. pan. 1. §. 1. num. 27. & Anbrof. de  
immunit. Eccles. cap. 22. num. 73.

223 Neque est omittendum, quod dum dixi supra art. 1. n. 36.  
quod institutus in re certa non dicitur hæres, sed habetur  
loco legatarii, hoc ampliatur, ut habeat locum utrum si  
Institutio particularis concepta fuerit per verba universalis,  
restricta tamen ad res, seu bona certa, puta instituit hære-  
dem universalem in omnibus bonis talis Civitatis, vel loci,  
nam non definit esse particularis, cum sufficiat, Institutio-  
nem non esse de integra, aut de quota hereditatis, ut repu-  
tetur particularis, & de re certa, ut not. Doct. in l. quæstus  
13. C. de hered. instit. Bald. in l. cum ad matre 14. numer. 5. C.  
de rei vendic. Alex. cons. 175. in princ. lib. 6. & Molin. de  
primog. Hispan. lib. 1. cap. 8. nu. 13. & seq. quos refert, & se-  
quitur Rot. apud Merlin. de pign. decis. 64. nu. 11. & 12. Ma-  
ximè si sequatur hæresis universalis institutio ad favorem  
alterius, ut bene declarat Rota decis. 161. n. 13. quando  
habeat locum declarat Cardinal. Deluca in Thes. verit. &  
iust. tom. 7. in tit. de donat. discurs. 45. num. 3. & seq.

Prout etiam addo, quod hæres non consciens inventa-  
rium non tenetur ultra vires hereditarias, si ei illud fuerit  
remissum per creditores, vel legatarios, quia dictum pactum  
est validum, ut tradunt Mancic. de legat. cap. 2. nu. 17. &  
nu. 35. & seq. in impressione Taurinen. q. 223. quem refert, &  
sequitur Rota decis. 272. in fin. p. 14. recent.

Addo ulterius, quod dum dixi supra art. 1. nu. 414. quod 225  
in confessione Inventarii non est necesse citare creditores  
absentes, ut non dicantur absentes, qui habitant in Civitate  
propinqua loco, ubi fit Inventarium, & est sub eodem  
Principe, quando creditores sunt certi, ut tradunt Phanae.  
de hered. par. 3. nu. 17. & Gratian. discip. Forens. cap. 798.  
nu. 8. par. 4. quos refert, & sequitur Rota apud Bichium de-  
cis. 469. nu. 5. to. 2.

Nec non etiam ulterius addo scriptis supra n. 154. quod 126  
hæreses viri tenentur vidua prestare alimenta intra annum  
luctus, ut habeat locum, quando dos consistit in bonis  
mobilibus, & in pecunia, quam non tenentur restituere nisi  
elapso anno luctus, securus tamen est si illa consistat in bonis  
immobilibus, quia tunc cum dos sit statim restituenda, ces-  
sat ratio petendi alimenta ab herediis viri, qui tenentur so-  
lum ratione dotis non restituunt, ut declarant Imol. Castr.  
Alex. Socin. Jaf. & communiter Doctores in l. divorcio 8. ff. so-  
lut. matrim. & Sord. de alim. viri. l. 2. q. 44. nu. 63. & seq.

Itaque quando dos consistit in bonis immobilibus solum  
matrimonio fructus ab hæredibus viri percepti spectent in  
totum ad viduam, & ei sint restituendi, ut post Card. Man-  
tic. Sord. Gomez. Barthol. Gamma, Gratian. Fontanel. Hod-  
ier. & alios per eum adductos firmat P. Bossi. de dot. cap. 20.  
nu. 105. & seq. ubi dicit, hoc habere locum, etiam si vidua  
permanendo cum hæredibus ab eis perceptisset alimenta,  
quia adhuc hæreses fructus intra annum luctus perceptos  
non faciunt suos, sed illa excomputant pro rata cum ali-  
mentis perceptis, ut ibi per eum.

# DONATARIUS OMNIUM BONORUM

An teneatur solvere debita donatoris.

## ARTICULUS QUARTUS.

### ARGUMENTUM.

**D**onatarius omnium bonorum an teneatur solvere  
debita donatoris: creditores donatoris an possint  
agere contra eum via executiva, vel agere de-  
beant actione revocatoria, & quid si donata-  
rius promiserit illius debita solvere, & an teneatur  
illa solvere donatarius particularis: donatarius an teneatur  
solvere debita post donationem contracta per dona-  
torem: donatarius cum hypothecha an præferatur cre-  
ditori posteriori ex causa onerosa, & quid si donatio frau-  
dulenter fuit facta, & plures fraudis conjecturæ recensentur,  
& quid si donatio contineat reservationem facultatis  
testandi, & an illa teneatur solvere in subsidium, & dona-  
tor decedente sine hærede, vel cum hærede non solvendo:  
donatarius an teneatur, quando donatio est remunerato-  
ria, & donatio superet merita, & quid si donatio sit causa  
mortis: donatarius omnium bonorum an teneatur submi-  
nistrare alimenta filiis donatoris, & an teneatur donata-  
rius hereditatis, & si bona donata sint hypothechata credi-  
toribus donatoris: in Iudicio Salviani an sit necessaria ex-  
cussio, & illud detur etiam extra causam locationis: do-  
natarius Principis an teneatur solvere debita donatoris: do-  
natarius an teneatur solvere debita donatoris ultra quanti-  
tatem bonorum donatorum, etiam non facto inventario,  
& quid si donatarius obligavit pro solutione propria bona:  
reliqua habes in Summario.

### SUMMARIUM.

1. *Distinctio quæ est in omni reddi negotium clarius.  
Cum distincta facilius intelligantur, n. 2.*
2. *Donatarius omnium bonorum non tenetur solvere debita do-  
natori, nisi actione personalis.*
3. *Licet contrarium teneant quamplures Doctores, n. 7.*
4. *Actio alienum non sequitur fundum.*
5. *Actio personalis non datur contra singularem successorem.  
Conciol. de Hærede.*

6. *Donatarius omnium bonorum non habetur in puncta juris  
pro hærede.*
8. *Donatarius omnium bonorum non tenetur solvere debita  
donatoris, sed creditores agere debent revocatoria.*
9. *Creditores donatoris non possunt agere contra donatarium  
via executiva.  
Et eo magis contra donatarium donatarii, n. 10.*
11. *Donatarius omnium bonorum non tenetur solvere debita  
donatoris etiam si illa promiserit solvere.  
Licet contrarium teneant aliqui Doctores, n. 14.  
Ratio offertur, n. 12.  
Et cum alio personalis non detur contra eum, cum quo  
nihil actum est, n. 13.  
Fallit tamen de equitate canonica, n. 15.  
Et stante cessione, n. 16.  
Cum cessionarius succedat in omnibus iuribus cedentis,  
num. 17.  
Et reputetur eadem persona cum cedente, n. 18.  
Fallit etiam stante stipulatione Notarii, n. 19.  
Et stante obligatione Camerali, n. 20.*
21. *Actio ex stipulatione Notarii, ut acquiratur absenti, re-  
quiritur acceptatio.*
22. *Donatarius particularis non tenetur solvere debita dona-  
toris.  
Cum donatarius particularis non representet donato-  
rem, n. 23.*
24. *Legatarius non tenetur solvere debita defuncti.  
Cum ipse non representet defunctum, n. 25.  
Neque succedat in iuribus defuncti, n. 26.*
27. *Legatarius fundi censuati non tenetur solvere fructus censu.*
28. *Donatio quando dicitur particularis, vel universalis re-  
missiva.*
29. *Donatarius omnium bonorum non tenetur solvere debita  
donatoris post donationem contracta.  
Aliud esset in facultate donatoris revocare donatio-  
nem, n. 30.*



# ANTONII CONCIOLI

## J.C. CANTIANENSIS

Et Prothonotarii Apostolici

### CONSILIA CRIMINALIA AD DEFENSAM.

#### ARGUMENTUM.

**N**OVA causa quando excuset à fractura cautionis de non offendendo: an de fractura d. cautionis debeat plene constare, vel sufficiant conjecturae, & praesumptiones, & an requiratur quod offensio ex nova causa proveniens sit punibilis, vel sufficiat, quod tantum sit provocativa ad iram, & an dicatur rupta per offensionem levem, vel requiratur gravis, & quid stantibus vel his cautionis. Quocumque modo, & quando praesumatur nova causa, & illa probetur ex conjecturis, & plures conjecturae recentior: causa injusta, & erronea an excuset à fractura cautionis de non offendendo, & quid in dubio in hoc sit pronuntiandum: Mulier an sit testis idonea in criminalibus, & an famulus ad favorem domini, & an inimicus. Inimicitia ex quo praesumatur: fama indicium quid operetur, & quando illa dicatur probata, & per quot testes: reconciliatio de praesenti an tollat indicium inimicitiae: Testis sibi contrarius quando probet: reliqua habes in Summario.

#### SUMMARIUM.

- 1 Reus est absolvendus, quando de delicto non constat per testes, vel confessionem ipsius rei.
- 2 Accusatore, vel fisco non probante reus absolvitur.  
*Cum tunc reus dicatur docuisse praesumptivè de illius innocentia, n. 3.*
- 4 Nova causa excusata fractura cautionis de non offendendo, & num. 57.  
*Ratio offertur, n. 5. & 58.*
- 6 Famulus non probat pro domino.  
*Etiā quod dominus non faciat partem in iudicio, n. 8. Et eò magis si famulus sit etiam inimicus partis, n. 8. Vel si habeat interesse in causa, n. 9.*
- 7 Testes familiares, & domestici inducentis non sunt idonei.
- 10 Testis plures patiens exceptiones non probat, etiam si qualibet exceptio per se non sit sufficiens ad illum repellendum.  
*Ratio offertur, n. 11.*
- 12 Testi deponenti ad defensionem magis creditur, quam deponenti pro fisco.
- 13 Causa defensionis est favorabilior causa offensionis.
- 14 Res sufficit obscurare probationes fisci, & n. 55.
- 15 Inimicitia praesumitur ex conditionibus, & insultu cum armis.
- 16 Inimicitia ut probetur, sufficit adesse causam odii, & n. 39.  
*Etiā si inimicus fingat se amicum, n. 17. & 42.*
- 18 Reconciliatio de praesenti non tollit effectum inimicitiae.  
*Licet contrarium teneat V. Grasset, relatur, n. 19.*
- 20 Cautio de non offendendo, ut dicatur rupta, debet de fractura plene constare.
- 21 Cautio de non offendendo ut dicatur rupta, offensio debet esse punibilis, licet secus sit ad effectum excusandi ab illius fractura.  
*Declara, ut n. 22.*
- 23 Cautio de non offendendo non dicitur rupta per verba, quae possunt impartire injuriam, & non importare.
- 24 Cautio de non offendendo non censetur rupta per offensionem levem cessante dolo.  
*Etiā stantibus verbis Quoquo modo, n. 26. Licet aliqui contrarium teneant, n. 27.*
- 25 Causa qualibet excusatur à dolo etiam levi.
- 28 Pex facilius rumpitur, quam cautio de non offendendo.
- 29 Interrogatio nihil ponit in esse, sed solum animum alterius explorat.  
*Cautio de non offendendo, ut dicatur rupta, requiritur abut consummatus, n. 29. Conciol. de Hereds.*

- 30 Mulier de iure canonico non admittitur ad testificandum.  
*Maximè si patitur alios defectus, n. 31. Non obstant Constitutione Marchia, quae declaratur, num. 32.*
- 33 Testis sibi contrarius, & falsus non probat.  
*Est tamen attendendum primum dictum, n. 34. Fallit, quando primum dictum est nullum, n. 35.*
- 36 Minor 20. annis non est testis idoneus in criminalibus.  
*Maximè si patitur alios defectus, n. 37.*
- 38 Testis iniuriatus, & violentus praesumitur inimicus.
- 41 Testis inimicus nullam facit probationem.  
*Ita ut neque faciat indicium ad inquirendum, n. 42.*
- 43 Testis deponens de iudice suo non probat.
- 44 Testis domesticus inimici mei non est testis idoneus contra me.
- 45 Inverisimilitudo diminuit de fide testis.
- 46 Testis deponens de actu nocturno debet reddere rationem visus.
- 47 Testes defensionis magis probant, quam offensivi.  
*Etiā si testes offensivi essent numero plures, n. 48.*
- 49 Fama indicium fallax est.
- 50 Fama non probatur per testes inimicos, & malevolos.
- 51 Testes deponentes de fama esse debent omni exceptione majore.
- 52 Fama est probanda per decem testes, quando illi deponat sine requisitis fame.
- 53 Fama nihil operatur, quando certum habuit à parte.
- 54 Conjecturae, & praesumptiones non sufficiunt, ut sit locus excusationi pene ob fracturam cautionis de non offendendo.
- 56 Cautio de non offendendo in dubio non esse ruptam est pronuntiandum.
- 59 Cautio de non offendendo, ut dicatur rupta, requiritur abut punibilis.  
*Quo vero ad se excusandam à fractura sufficit factum provocativam ad iram, n. 60.*
- 61 Offensio praesumitur orta ex nova causa casu de dolo, vel facto, ex quo offensus moveri poterit ad offendendum.
- 62 Offensio, quod sequuta sit ex nova causa, probatur ex conjectura.  
*Conjectura plures recensentur, n. 63. 64. 65. 66. & 67.*
- 68 Peritorem dolo maximè standum est favore defensionis.
- 69 Causa iniusta excusatur à fractura cautionis, de non offendendo.  
*Et causa etiam erronea, n. 72.*
- 70 Cautio de non offendendo ut dicatur rupta, requiritur abut.
- 71 Causa qualibet excusatur à dolo.
- 73 Causa in dubio non praesumitur affectata, nec procurata.
- 75 Opinio magis communis est tenenda in iudicando.  
*Et opinio aequior, n. 76.*
- 77 Cautio de non offendendo debet iudicari non fuisse rupta, quando fractura aliquam recipit dubitationem.
- 78 Comparatio spontanea magnam est innocentiae signum.

#### CONSILIUM PRIMUM.

**E**xcellentissime Domine Illustr. D.N. de Civitate N. inquitus de fractura fidei illius scotorum quatuor milium per eum prestita de non offendendo Illustrissimos DD. N. & N. reperitur in statu absolutionis ex duobus & primo quia fiscus non probavit legitime aliquam offensionem sequutam fuisse pro parte reus. D. inquisit contra DD. N. & N. unde intrat conclusio, quod quando de delicto non constat per testes, neque per confessionem partis, reus est absolvendus, ut tradunt Anton. Gomez, varior. relatur. tom. 3. cap. 12. sub u. 3. Parnac. de res confis. & conjunct. q. 81. in princ.